

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,  
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Num monasticæ vitæ homines sint otiosi, & de cantione chorali. Cap. VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](#)

larium, sed monasticam tenent viuendi consuetudinem, licet extra monasteria viuant. Tales quia pauci sunt, de his comparisonem iudiciumq; facere notim. Siquidem in coenobijs nonnulli inueniuntur mundo dediti, & in mundo quidam religiosi. Ingens est discriben, inter illum qui in medio mundi viuit strepitu, interq; peccatorum occasiones & tamē perfectam charitatem Dei indipisci sperat: & inter eum, qui in vita aliquo viuit genere, in quo sunt huc destinata omnia, ut peccatorum ansa excludantur consummata charitatis Dei virtutumq; perfectio obtineatur, aut ad minimum certe cordis puritas, quae propinquius charitati Dei seruit. M I L E S. Quando nullum adhuc coenobium peculiarisq; status institutus erat ad perfectionem nanciscendam, quō agebant homines, qui tum pietati dediti erant? M O N A C H V S. Quo non tempore status eiusmodi fuit? Semper à principio mundi homines fuere, qui sex speciali deuotione ad Deum bonis operibus perfectius subleuārunt, quam necessarium ad salutem ex p̄ceptis fuisse. Perlege libellum Ioannis Lansbergij, quem tibi donavi. Ibi liquido satis inuenies, qua monastica vita descendat origine, & quod religiosi semper in mundo in veteri nouoq; testamento extiterint. Quare idem hic repetere est superuacaneum.

*Num monastica vita homines sint ociosi, & de cantione chorali.*

*Caput VII.*

*Miles.*

**O**mutescere nequō: est enim quod me de monasterijs malē habeat. M O N A C H U S. Quid oculi, & panem alieno partum sindore adunt, & inutili longaq; oratione vanoq; cantu chorali præsidunt, cum tamen Apostolus oculum prohibeat, velitq; vnumquemque ad laborem cogi.. M O N. Videre mihi rectoris Marpurgensis in Hassia mendacijs confertum libellum legisse. M I L E S. Rem acu tetigisti. Qui tibi libellus iste placet? M O N. Veniam mihi dabis, si durius verbum ( propter stabiliendam veritatem) serio dixero. Qui libellum istum composuit, plures alios eiusdem coloris scripsit, quos verbum Dei nuncupat, sed omnibus bonis & doctrinis cōstat suam doctrinam nil aliud esse, quam peruersam, falsam, & à verbo Dei abhorrentem doctrinam, quam ex suo malē fano confinxit cerebro, & ex nouis quibusdam compilauit libellis ab perfugis, & coram Deo perjuris monachis editis, qui post apostolatatem à sancta Ecclesia mox Satānico sunt illustrati spiritu. Verū, vt tua questio, & eiusdem Rectoris scripta ( qui vt fertur etiam ex Hassia propter egregia sua facinora & merita pulsus est) non irrefutata maneat, dic obsecro te mi Georgi: videnturne in benē constitutis monasterijs religiosi homines ociosi esse. Loquor de monasterijs iuxta canones suos viuentibus. Siquidē, vbi iuxta canones non viuunt monachi, cōpelli, vt iuxta eos viuerent, & non in exilium pelli, aut diabolo adduci deberet. Nunquid toto tempore labore sunt occupati, hoc est, in precibus, in laude Dei, in studio sacrarum litterarum, in meditatione, in contemplatione, in concionatione, in recipiendis confessionibus & similibus, quae sunt sanctiores fructuoshoresq; opere quam occare vel federe? Atqui hæc vos omnia sp̄ernitis, & potissimum cantum chorale, quæ est laus Dei, & orationem.

Vnde.

Monachi  
apostolæ  
quo sp̄itu  
regantur.

Monachos  
non esco  
ciosos.

## DE MONASTERIIS ET MONACHIS DIAL.

51

Vnde vos Lutheranos, qui Euangelici vultis appellari, nullum habere spiritum appetit. Nam si in vobis spiritus esset, in huiusmodi cultibus Dei Spiritum permaneret. Sed cum vobis non sapient, quae ad honorem Dei pertinet, ab illis fugitis, & alios homines perinde atque vos nullo eorum duci amore arbitramini. Ideo ista queramini, ad quae nos veteris pariter & noui testamenti scripta affatim hortantur. Adhuc cum nihil de spiritum comperti habeatis, & tantum de corporali labore loquamini, scire debetis, sat eiusdem laboris in monasterijs quoque in vsu esse, cui deputati sunt, qui minus ad spiritualem laborem sunt accommodi: ut est in omni necessitate infirmorum & sanorum, peregrinorum & domesticorum (quibus monasteria prouidetur) curam gerere. Responde mihi, cur quibusdam in locis coenobia spoliantur, & incolae eorundem fugantur, etiam illi, qui manuario artificio, & suo labore viatum queritant? Aur quare non finuntur alijs locis personas alias suscipere, & ijs qui adhuc in coenobijs sunt praefecti quidam praeponuntur, ut nullam monasteria potestatem super suis bonis habere possint? Perspicuum appareat non laborem, sed coenobiorum facultates ab hereticis spectari, qua-  
Bona monasteriorum eos certum est ardere, & flagrare cupiditate. Ut autem eorum cæcitas temporaria magis tibi Georgi innotescat: dic mihi, aut interroga Rectorem Marpurgensem, quid Maria Magdalena laborauerit, quando ad pedes Domini octo-  
 tois Euangelicos.  
 gocium Marthae Christus efferebat. Dicito mihi, quid percutitur aut faciat, qui modo apud Deum in sempiterna sunt vita? Non occant, non fodunt, non triturant: immo seducunt neminem (sicut noui Euangelici laboratores, sive praecones) idcirco fortasse inutiles sunt & ociosi. Existimatio enim libro Apocalypses beati Ioannis legitur: MILES. Non multum legi. Habeo quidem Germanica Biblia, sed in ijs caput meum torquere nolo. Concionatores nostros audio, cum ijs magna misericordia intercedit necessitudo. Hi mihi multa ex scriptis recitant, etiam extra concionem publicanum, cum in taberna vinaria confidentes fructibus colludimus. MONACHVS. Vestri ne Euangelista Euangeli-  
 vobis in alueari collusitanti MILES. Quid nisi? Ita certe egregij inuicem su-  
 stitutum Lu-  
 strum monopotes. Non sunt, sicut monachi, simulatores, potant cantantque theranorum  
 nobiscum in multam noctem usq. MONACHVS. Quid canunt? MILES.  
 Pulchra amatoria & castralia cantica, scilicet. Sarischoue fram: E.: Auf herzau  
 gründt. Et. Die volksbruder. Et. Ich hab kein gest. MONACHVS. Pape si  
 delectantur in illis, & huiusmodi sunt occupati, non mirum est, si cantum  
 choralem laudesq; Dei odio persecuantur. MILES. Ut recte me intelligas, Mos Lu-  
 non debeo quod eis posuit suffragari, praemittere. Quando concionari de-  
 bent, vesperi non haerent diu apud nos, sed tum ipsi via sunt, & conspirant qualis.  
 conuenientem mutuo, quid quomodoque mane concionari ut non inter se  
 dissentiant. M.O. O caros vos & haec non attenditis. Nimirum verus rectius  
 q; est scripturarum intellectus, quem Spiritus sanctus (qui unicus etiam spi-  
 ritus est) in omnibus sanctis hominibus in uno sensu & intelligentia inspi-  
 rat sanctæ vnicæ Ecclesie. Quam intelligentiam illuminationemq; qui à san-  
 ctæ Ecclesie descensunt, & in varios ideo errores labuntur & scanduntur, non  
 accipiunt. Quod ut non animaduertatur, concionatores vestri inter se con-  
 sultant.

G 2

sultant.



sultant, ut consonanter in eadem concinent lyra, cum multis conuitis, tum in Papam, tum in cœnobia, tum in continentiam, in teunia, in sanctos, in bona opera, & sic deinceps. Atque id verbum Dei, & sacra scriptura appellatur. Et quum omnes virtutes, omnem religionem, & bona opera nihil pendent & reijciant, tum à plebe se æstimatim honorantur, ob suam garrulitatem sperant: Nam si bona opera honorari laudari debent, tum nouerunt in cure & intus se pudefactos esse. Vita enim fructusq; eorum in carne nimium patescunt. Sed seducere seducique finamus illos, nos in nostro de Dei laude maneamus proposito, quæ in cœlis quoque exercetur. Scriptum habetur in libro Apocalypseos, D. Ioannem vidiss. ostium apertum in cœlo & post aliæ verba sequitur: Requiem non habebant (intellige quatuor animalia) die ac nocte dicens: Sanctus, sanctus dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Et dabant gloriam & honorem & benedictionem sedenti super thronum, viuenti in secula seculorum. Similiter multis verbis legere licet in eodem & alijs capitulis assidue & perp. tuam laudem laudamq; Dei quæ ab ijs, qui apud ipsum in beatitudine sunt, Deo exhibentur. Per quæ nos commonemur, ut simile etiam nos faciamus. Iam itaque tam cœcus nullus est, ut beatorum damnare vituperareq; statum possit. Cum igitur beati apud Deum in laude, in charitate, in gratiarum actione, in veneratione Dei versentur, melius vtiliusq; in his praestare possumus quam si ipsos imitemur & in hac vita caduca ad illud, ad quod conditi sumus, nos applicemus: quod est, vt dixi, Deum in omnibus diligere & laudare. Hoc sit, quando ita cor nostrum ad Deum surrigatur, vt nobis sit omnia in omnibus, vt toti (id est, quod sumus & possumus) in Deo sumus, & in nobis Deus. Quod licet in futura vita solum consummatè perficiatur, tamen in hac vita ex parte inchoatur, imò magis magisq; exercetur, prout quisque se magis ac magis cum gratia Dei, & per sui cordis mūditiem eo accommodat. Et hoc etiam est nomen Dei in nobis sanctificare. Quod nos Christus in prima orationis nostræ petitione precari docuit cum dicimus: Sanctificetur nomen tuum. Quibus verbis quid nos poscere siue optare putas quam vt Deus in nobis & singulis inscenefcat, honoretur, laudetur, ameretur? Lutherus & sibi affectæ siue discipuli multum se nomen Dei sanctificare opinantur, dum sanctis, Dei scilicet Apostolis, Martyribus, Confessoribus, virginibus, imò etiam sanctissimi

Opus nobis  
lius quod  
quidem pot-  
sumus quod  
sit.

Nomen Dei  
qui in nobis  
sanctificatur  
Matt. 6.  
Lucas.

Nomen Dei  
quoniam Lu-  
therani san-  
ctificantur.  
Sanctus im-  
penitus ho-  
nor ut sit  
potissimum  
ipius Dei

mæ ipius matris venerationem suam detrahunt, tanquam esset tanto Dominus honorior, quanto viliores ministros haberet: cum tamen horos, qui sanctis tangit Dei ministris habetur Dei ipius sit & nos vere Christiani haud secus, quam ad gloriam Dei sanctorum veneremur, hoc est, propter voluntatem Dei ad Deum in ipsi scolendum, sicut etiam omnia, quæ in templis, siue sa- cris ædibus peragimus (è quibus nunc apud vos horrea & iumentorum stabula fiunt) non aliter, quam ad voluntatem & honorem Dei peragimus. Canimus, oramus, laudamus Deum & illi gratias agimus. & quicquid ibi facimus, idcirco agimus, vt corda nostra a ipsum leuenemus, nostrum cum illo spiritu uiiamus, in illo delectemur, & vt ille nobis placeat, familiaritatem & amicitiam illius captemus, illius quandam conformitatem & similitudinem nobis conciliemus. Quæ exercitia cuncta futuræ beatæ vite similia sunt quam angelii & sancti cum Deo agunt. Quæ cum in hoc mundo plenè impe- trare

## DE MONASTERIIS ET MONACHIS DIAL.

8

trare ne queamus, locum desideramus illum, vbi ista perfectè peraguntur.

Hinc itaque postulamus: *Adueniat regnum tuum, in quo consummatè ista perficiuntur, vbi perfecti prorsus erimus iuxta beneplacitum illius, & ipse illuminabit nos, pro voto omnino replebit in bonis desiderium nostrum.* Matt. 6.  
Luc. 11.  
Psalms. 102.  
*Vnde perpetuum eulogium & sempiternum alleluia prognastetur. Cum igitur hæc ita sint in beatitudinis vita, quam, donec in via sumus, operimur, debemus (sicut commemorauit) in hoc incumbere, ut partem initiumq[ue] æternæ vitæ experiamur.* Ad hoc potissimum vita cenobitica est destinata, Cenobitica quæ sere semper noctu diuque (quantum corporalis concedit facultas) eo vita ad quæ spectat, ut ibi, quod in cœlo fit id est, Dei preconium canendo, iubilando, instituta sit, gratias agendo, precādo, meditando peragatur. Ad quæ nos Christus & Paulus cohortantur, imò tota scriptura, præferti in omnibus sere Psalmis, ut Luc. 18.  
1. Thess. 5.

Catus cho-  
fine intermissione huiuscmodi officia exerceamus. Canticus choralis est oratio vocalis, vel laus, vel gratiarum actio cum iubilo. Cui nonnunquam organa, vel tibiae, vel fidium modulatio admiscentur, ut spiritus humannus (qui in quibusdam ad orationem mentalem ex se & absque administriculo extet) iuuetur, & introrsum trahatur. Legitur enim in libro Regum de propheta Eliseo, quod à tribus regibus acceritus vocatus ip[s]e fuit ad futurum euentum belli, quod contra Moabites cceperant, prædicendum. Musica in-  
strumenta  
talis quis sit  
qui in tem-  
pis habeat  
4. Reg. 3.  
Cum illo tempore Dei in se spiritum ministrare sentiret ob ineptitudinem, quam ex distractione animi contraxerat propter iram, qua contra idolastricū & impium Regem Ioram commotus erat, sibi psalmem idem Eliseus adduci iussit, qui psalterio (quod musicum instrumentum erat) luderet. Dum itaque suauem audiret melodiam fidium spiritus eius aliarum est oblitus vacuusq[ue] factus rerum, & facta est super eum manus Domini per illuminationem, qua futurum rei exitum vaticinabatur. Sic quoque in templis permitta sunt organa & instrumenta musica & concentus, ut per sacra verba, per cōcentū, per suavitatem melodiarum humanus spiritus, qui adhuc imperfetus est exciterit, sefēq[ue] sustollat, & à creaturis subducatur, omni ei (quod nō est Deus) valedicat, & se tantu[m] in Deū cū delectatione mergat, & iterum Deū in se trahat, siue in se influentem polsideat. Quid iam tibi videtur? Adhuc dicis monastica professionis homines (dum iuxta suā conditionem viuunt) ociosos esse, & per cantum choralem & longas orationes infrugiferos? hoccine infrauctuose ociosusq[ue] est viuere, quandam æternæ beatitudinis similitudinem viuendo exprimere, ut intellectus noster & desiderium, imò oēs affectus nostri Deo vniuantur, quod omnium nobis utilissimum existit?

*Cuiusmodi ociosos reprehendat D. Paulus, & de tyrannide eorum, qui sese Euangelicos vocant.*

*Caput VII.*

*Miles.*

**S**ublimia mecum misces colloquia, quæ mea aetate nunquam ita audiui. Quare demiror ista, & si vera sunt, cur igitur concionatores, qui olim monachi fuerunt, vique adeo contra monasticam vitam concentu[m]que choralem pugnant? **M O N A C H U S.** Talis vita & Dei laus (si quomodo in-

G 3

stituta